ANALOGIA, ipsum etiàm *Imperiale Dicasterium* summoperè stringens intra arctos hujatis ADVOCATIÆ SPECIALIS ità & non aliter justè exsequendæ *Fines*, adversùs expressam *Imperii Legem publicam* & *fundamentalem* vel in minimum *Prælatorum Germaniæ* præjudicium, nullà ratione excedendos.

§. XI.

Accensa insuper sollicitudo & singularis Spiritûs fervor, quêis modò gloriosissimè Imperans JOSEPHUS II. *Ecclesiarum* earumque *Archi-* & *Episcoporum* Jura peramanter curat, in manifesta Luce posita novimus omnes, quùm IPSE in gravissimis plùs semel Controversiis *Sedem Apostolicam* inter & potentissimos *Germaniæ Principes* atque eminentissimos Ecclesiarum *Prælatos* tantum se se Mediatorem vnà etiàm cum Augustissima sua Parente MARIA THERESIA Heröum Fœminarum maximâ interposuerit, ut unita *Ecclesiarum* Vota huic tàm potenti, quàm sollicito sui ADVOCATO Vitam & Felicitatem perennem profundo gratissimoque affectu adhùc hodiè apprecentur.

PARERGA.

I. Sui ipsius Defensionem ùtùt cum cæde injusti Adgressoris conjunctam non tantùm simpliciter licitam, sed adeò naturaliter esse obligatoriam, sustinemus contrà GROTIUM L. 2. C. 1. §. 8.

II. Neque adstipulamur tamen Sententiæ VASQUII L. 1. *illustr. Controv.* 18. æquè occidi posse Principem violentum Subditi innocentis Invasorem.

III. Absurda est Doctrina BESOLDI P. VI. Consil. 291. n. 28. neminem imprimis Germanum cujuscunque Conditionis hominem, non obstante vi debiti moderaminis inculpatæ tutelæ, in Casu violentæ Adgressionis passivæ, ad fugam ùtùt sine vitæ periculo opportunam obligari.

IV. Ex adverso tamen cum STRUVIO *de Vind. priv.* C 4. *Aph.* 7. defendimus, tunc fugam licitè omitti, si quis præsertim Equestris Dignitatis Vir fugiendo summum sibi Dedecus inureret, & se quasi inutile ejus, in qua constitutus est, Societatis membrum redderet, ut vel necessum ipsi foret, illud quod elegit Vitæ genus cum infamia deserere: quùm nulla nos Lex obliget, ad ipsam violenti Hostis nostri Vitam cum tanto famæ Fortunarumque dispendio conservandam.

V.

V. Ad Quæſtiones: an cum cæde repelli poſſit, qui inſomniis excitus, àc vel circà Perſonam bonâ fide errans, alicui necem intentaverit? &c. cum PUFFEND. L. 2. Jur. N. & G. cap. 5. §. 5. affirmativè.

VI. Contrarium tamen cum BŒCLERO adfirmamus in Caſu: ubi quis innocens ſubitam alterius fugam in Loco nimis anguſto interpoſitus impediret, quàm vis præſentiſſimum taliter impeditus incurreret vitæ diſcrimen.

VII. primum ictum non niſi cum Percuſſoris internecione evitabilem nullus teneor exſpectare, ſed præſtat prævenire, quàm præveniri.

VIII. Quando periculum mutilationis membri aliter evadere nequeo, Adgreſſorem impunè interficio.

IX. Vti homines ſinguli, ità quoque Gentes naturaliter obligantur, ut Societatis humanæ Commoda, proinde & Securitatem vicinæ alterius gentis, injuſtà Vſurpatoris violentià turbatam, vnitis viribus ſe jungendo, conſervent àc promoveant.

X. Populus tamen, qui ingruente ejuſmodi Bello quieſcere, ceù Neutralitatem ſervare amat, ſolus jus habet, de ſuà ad bellandum ceù alteri junctis armis adſiſtendum obligatione judicandi, adeòque ad illam implendam à nemine cogi poteſt.

XI. Rex alteri Principi vigore Fœderis off- & defenſivi obligatus non tenetur ad auxilium in fœdere promiſſum, niſi in Bello evidenter juſto.

XII. Vnde non niſi ex manifeſtè injuſtâ atque aliàs irreparabili fœderum publicorum contraventione Parti læſæ juſta oritur Belli cauſa adversùs gentem fœderatam injuſtè reſilientem, vi proindè atque armis jure cogendam.

XIII. Vti Bella Cruciatorum, ceù ſic dictas *Chriſtianorum* Expeditiones cruciatas adversùs *Saracenos*, ità & violentas Adquiſitiones Hiſpanicas ditiſſimi *Peruenſium* Imperii tanquàm juſtas prædicare non poſſumus.

XIV. Qui prima Jurispublici Rudimenta vel à Limine ſalutavit, facilè dignoverit Paradoxum Doctrinæ nullo juris Principio innixæ: Delinquentem in Ditionibus Auſtriacis, ubi maximè reſtrictum eſt Aſylum, confugam ad Territorium, in quo Aſyla adhùc vigent, non gaudere Aſylo.

XV. Ejuſdem farinæ Doctrina eſt: *Innocentium XI.* ipſumque Imp. *Leopoldum* illuſtriſſimis Germaniæ Archicapitulis, ipſum non modo Capitulationum Epiſcopis eligendis aùt electis propoſitarum aut proponendarum quò ad eccleſiaſtica & ſpiritualia Abuſum, ſed omnem adeò etiàm in merè Politicis illarum Vſum, idque propter commune periculum, latis Conſtitutionibus de plano àc ſimpliciter interdixiſſe, ſeriòque penitùs reprobâſſe, ut proinde ejuſ-

modi

modi Capitulationes etiàm quò ad temporalia tanquàm ipso jure nullæ, Episcopum nequidem quà Dominum territorialem ceù Imperantem civilem ne vel in minimo valeant obligare.

XVI. Hisce non abissimilis est sententia valdè crassa neque bis âb orbe condito propugnata: Capitula germaniæ, quæ sine dubio vi *Pacti Callixtini*, ad ipsum Electionis Episcopalis Actum admittere tenentur Commissarium Cæsareum utpote se stato tempore sistentem; eundem quoque ultra Terminum moram facientem adhùc teneri exspectare cum absolutâ differendæ Electionis obligatione.

XVII. Fundamenta, ex quibus *Archicapitulum Moguntinum* Sede vacante prætendit *Directorium Comitiale*, tanquàm diù explosa, nec minimam hodiè merentur attentionem.

XVIII. Id quod idem de antiquatâ ejusmodi Prætensione Serenissimi *Saxonis Archimarescballi* constanter adserimus.

XIX. Nec ipse *Metropolita Elector Trevirensis* per Galliam & Regnum Arelatense *Archicancellarius* hoc sibi Directorium Jure conatur vindicare.

XX. Enimverò Sede Moguntinâ vacante, *Directorium comitiale* cæteris Prætendentibus exclusis optimo àc fundatissimo Jure soli competere eminentissimo *Coloniensi*, non defendimus tantùm sed relevanter probabimus.

XXI. Vnde quidem malè, at citrà vel minimum tamen Sedis Aulæve hujatis præjudicium adquieverunt hactenùs Dicasteriales Publicistæ Colonienses, simpliciter prætensâ directorialis exercendi Juris hujus cum *Trevirensi* Alternativâ.

XXII. Quod *Fridericus* I. Imp. in solenni Reconciliationis actu *Venetiis* in vestibulo Ædis D. *Marci* a. 1177. celebrato, coràm *Alexandro* III. P. rejecto pallio in Faciem prostratus, ab eodem super Collum Pedibus fuerit conculcatus, merum esse Commentum demonstrabimus.

XXIII. Quod mediante jàm Seculo IX. post obitum *Leonis* IV. P. Mulier Sexum mentita virilem, sub nomine *Joannis* VIII. Sedem Romanam tenuerit, non attentis præter *Marianum Scotum*, & *Sigebertum Gemblacensem* ultrà 200. Scriptoribus rem adseverantibus, non nisi Scomma esse futilitatis plenissimum facilè evincemus.

XXIV. Confessionem auricularem Seculo XI. *Germanis* adhùc fuisse ignotam, atque in Concilio Lateranensi IV. âb *Innocentio* III. adinventam, ceù primùm Fidelibus injunctam, falsa est Heterodoxum opinio, Argumentis invincibilibus explodenda.

nporalia tanquàm ipſo jure nullæ, Epiſ-
itorialem ceù Imperantem civilem ne

aldè craſſa neque bis âb orbe condito
ine dubio vi *Pacti Callixtini*, ad ipſum
re tenentur Commiſſarium Cæſareum
dem quoque ultra Terminum moram
m abſolutà differendæ Electionis obli-

apitulum Moguntinum Sede vacante
nquàm diù exploſa, nec minimam ho-

modi Prætenſione Sereniſſimi *Saxonis*
is.
virenſis per Galliam & Regnum Are-
ectorium Jure conatur vindicare.
e, *Directorium comitiale* cæteris Præ-
latiſſimo Jure ſoli competere eminen-
antùm ſed relevanter probabimus.
minimum tamen Sedis Aulæve hujatis
Dicaſteriales Publiciſtæ Colonienſes,
xercendi Juris hujus cum *Trevirenſi*

enni Reconciliationis actu *Venetiis* in
elebrato, coràm *Alexandro* III. P. re-
o eodem ſuper Collum Pedibus fuerit
im demonſtrabimus.
X. poſt obitum *Leonis* IV. P. Mulier
ne *Joannis* VIII. Sedem Romanam te-
m Scotum, & *Sigebertum Gemblacen-*
everantibus, non niſi Scomma eſſe futi-

ulo XI. *Germanis* adhùc fuiſſe ignotam,
b *Innocentio* III. adinventam, ceù pri-
eterodoxum opinio, Argumentis invin-